1845 d. m. | T. Fl. Paederoti | Aug. lib. Alcimiano, | superposito medicorum ex ratione | patrimoni, Laitonia | Festa coniugi bene | merenti sibique, | suis posterisque | eorum fecit.

Romae (VI 8504 ter descripta saec. XVI).

1846 dis manibus | Claudiae Eutychiae | coniugi sanctissim. | bene merenti, | et Q. Domitio Helici, Ti. Claudius | Aug. l. Hymenaeus medicus | a bybliothecis, et Domitia Pannychis | sibi et suis posterisque eorum.

Romae (VI 8907 descr. Smetius aliique).

1847 [*T*]i. Iulius Latinus, | . . Iuli Leonidae f., | [*p*]raeceptoris Caesaru[*m*][1], | trib. mil. leg. IIII Scythic., | [*vixit a*]nn. XXXVII | . . .

Originis urbanae, est Urbini (VI 3919 vidit Bormann). — 1) Fortasse Neronis et Drusi Caesarum, nam civitatem habuit, ut apparet ex praenomine filii, per Tiberium.

1848 Pudens M. Lepidi l., grammaticus
Procurator eram Lepidae[1] moresq. regebam;
dum vixi, mansit Caesaris illa nurus.
Philologus[2] discipulus.

Romae rep. ad viam Appiam, postea Bergomi, deinde Vicetiae (VI 9449 cf. V 592 aliquoties descripta saeculis superioribus). — 1) Est Aemilia Lepida, filia M. Lepidi consulis a. p. Chr. 6, uxor Drusi Caesaris Germanici f., mori adacta a. p. Chr. 36 (Tac. ann. 6, 40); cf. Borghesi opp. 5 p. 298. Titulus qui non obscure Lepidam reprehendit, positus videtur post damnationem eius, non statim post obitum Pudentis (Mo.). — 2) Fortasse, ut coniecit Borghesi opp. 5 p. 297, idem Philologus qui VI 8601.*

1849 d. m. |
Cl. hic iaceo Diadume|nus, arte poeta,
olim Cae|sareis floridus officiis. |
Quem numquam cupidae | possedit gloria famae, |
sed semper modicus rex|sit ubique tenor.
Hylle[1], | pater veni; nolo movere | tumultu;
hospitium | nobis sufficit ista domus.[2] |
! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! | ! ! ![3] Cl. Fructiane | b. m. f.

Romae rep. trans Tiberim ad viam Triumphalem (Notizie 1891 p. 54). — 1) Adloquitur Hyllum filium antea defunctum, cuius titulum una cum hoc repertum dabimus infra N. 1917. — 2) Scilicet sepulcrum a Diadumeno sibi et suis extructum. — 3) Unus versus totus, et alterius duae litterae erasae.

1850 d. m. | Diadumeno[1] | Aug. l. praeposit. | ordina[*t*]o ultro | a divo Tito[2] VIII cos.[3], | excessit | IIII idus Septemb. | L. Catilio Severo | T. Aurelio Fulvo cos.[4]

Romae, urna, incertum quo loco urbis rep. (VI 9100 vidit Bormann). — 1) Vix idem Diadumenus qui N. 1849. — 2) Cuius officii praepositum se divus Titus non rogatus esse iusserit, scriptor indicare omisit. — 3) A. 80. — 4) 10 Sept. 130.

archive.org